Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.
Wien, 1794 Seite 2749
Quelle:
Copyright:

tima die aprilis, i. e. 1344. non 1343. ut quidam ſcripſere. Vide Cl. *Pelzelii* vernaculam *Caroli IV. Vitam Pragae* 1780. 8. editam P. I. p. 123. qui tamen *Collationis* ſeu *Praeconizationis*, ut Romana loquitur curia, noſtrae non meminit. Itaque nec hanc in publicum notam cenſeam. Inchoat eam *Clemens*, ut ſequitur: *Benedictione iuſtorum exaltabitur ciuitas. Prou. XI. Videtur mihi quod aliqua ciuitas, quantum ad ſitum ſpectat; dupliciter exaltatur* &c. De Civitatibus porro ipſis ſic: *aliquas ciuitates die iſta deliberauimus exaltare vnam ſcilicet pragen. in regno bohemie clarioris ſplendoris radio et preſidencie cumulo laureare uel honorare, duas alias ſcilicet Lutbeſmuslen. in regno bohemie hoc eſt dyoc. pragen. in qua erat ſolempnis abbatia ordinis premonſtraten.* (non igitur S. *Benedicti*, ut ait *Matth. de Mechovia* L. 4. c. 23.) *Et algiſtlam* (Algeziram) *in regno byſpanie in dyoc.* — — — (Hiſpalenſi, cui ſaltem dein, ut Metropoli, adtributa eſt) *maioris honoris preconio et excellentie tytulo decorare. Primam ſcilicet pragen. deliberauimus in metropolitanam et archiepiſcopalem erigere et ipſam ab omni archiepiſcopi ſubiectione et eccleſie Maguntine* (cui tunc praeerat *Henricus de Virnenburg Ludovici Bav.* fautor) *eximere et iſti eccleſie immediate ſubicere et duos ſibi concedere ſuffraganeos ſ. olmunczenſſ. in eodem regno et Lutbemuslen. quam de nouo in kathedralem et epiſcopalem deliberauimus erigendam et ſibi certam et determinatam dyoceſin aſſignare. Et in memoriam tante uictorie conceſſe chriſtianis per miniſterium kariſſimi filij mei alphonſi* (XI) *regis caſtelle illuſtris algiſillam, quam diu obſeſſam tenuit et cooccupante dei gratia* (26. Mart. 1344.) *cepit, etiam in ciuitatem erigere — ut illius loci* (eccleſia) *que prius erat habitacio omnium demonum, in qua adorabatur ille perfidus machimetus, nunc eliminata ab ea omni ſpurcicia ſabbato ante ramos palmarum in craſtinum captionis ipſius fuit per archiepiſcopum tolletanum* (Gundiſalvum de Aguilar) *et ceteros prelatos aſſiſtentes in templum in honore beate Virginis conſecrata, et hodie per nos in kathedralem eccleſiam erigatur* &c. Rationes, quas pro *Praga* adducit, ſunt: *quia in bohemia meſſis quidem valde multiplicata, lingwa ab alemanica diſtincta, provincia Maguntina valde dilatata et diffuſa — — non parum adiecit maxima deuocio karoli primogeniti dicti regis bohemie* (Johannis) *cuius deuocionis ſpiritum non debuimus extingwere, qui et de ſuo proprio large valde dare vult pro ampliore dote illius eccleſie.* Agunt de hoc negotio, quod quidem *Bohemiam* concernit, *Balbinus* in vita *Arneſti*, L. II. c. 3. *Peſſina* in *Phoſph. Radio* III. p. 186. *Pelzelius* ſupracit. *Raynaldus Annal. Eccl.* T. XVI. ad an. 1344. et alii. Quod vero *Algeziram* ſpectat, idem *Raynaldus* eodem loco et Scriptores *Hiſpani* ab eo adducti videri poſſunt. *Baluzius* in *not.*